



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Semita Perfectionis Purgativa, Illuminativa, Et Unitiva**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniae Agrippinae, 1705**

**VD18 15298639**

8. Mortificatio Tactûs.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55242)



## PASSUS VIII.

## Mortificatio Tactûs.

## TEXTUS.

*Recedite, recedite, exite inde;  
pollutum nolite tangere: exi-  
te de medio ejus: mundamini,  
qui fertis vasa Domini.  
Isaiaë c. 52. 11.*

## Cognitio.

**S**ensus tactûs diligentissimè omnium co-  
hibendus & mortificandus. 1. Quoad  
attactum corporis proprii. 2. Corporis  
alieni, etiam in partibus honestis, ut  
facie, manu. 3. Quoad vestes molliores.  
4. Castigandus quoque est operibus pœ-  
nitentiæ.

## Consideratio Motivorum.

Ad sensûs hujus mortificationem te  
permoveat 1. Exemplum Christi Domini,  
cujus oculi sputis, aures blasphemis, na-  
res fœtoribus, gustus felle, tactus fla-  
gris, spinis, clavis, cruciati sunt; & tu  
de-



delicatule, sensibus blanda requiras, aspera fugias ? II. Absterreat te periculum peccati ; cū sensus hic omnium , teste experiētiā, sit periculosissimus. III. Virulentia & blanda sāvitia : ut enim scribit S. Basilius : *Tactus est omnium sensuum perniciosissimus, & sāvissimè blandiens; sensusque reliquos ad voluptatis illecebras pelliciens, toto corpore diffusus, & per omnem ejus superficiem, adversus animam sāvè dominatur.*

*Petitio.*

Rogo Te, Domine JĒsu, per sacrosancta Vulnera tua, concede mihi, sensum tactūs ita frēnare & castigare ; ut nunquam contra Spiritum rebellet ; & in ignis inextinguibilis periculum me coniciat.

*Aspirationes.*

I. *Noli me tangere.* Joan. C. 50.

II. *Recede à me mulier, adhuc igr. iculus vivis, tolle paleam.* S. Gregorius L. 14. Dial. c. II. de S. Ursicino Presbytero moriente.

III. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Eccli. c. 13. V. 1.